Finetorum cujus toto pectore saluto, ut immemores mei vivatis numquam, qui in animo vos gestio semper, in ore quam saepissime. Hagae. Calend: Maij 1628.

C. Hugenius

Excellentissimo Comiti Pembrociae, si citra offensam fieri id hic possit, humillissima obsequia mea ut deferas valde cupio. Veneror quodam cultu religioso magni viri memoriam, in quo parem tantae celsitudini candorem, et praestantiam exteri omnes deosculamur.
De Vossio quod quaeris, Illum ego non ~~tam~~ adeo familiariter pernovi, ut asseverare ausim quomodo ad remunerationes quod attinet, affectus sit. Quamquam credibile sit, non tam Cynicum esse, ut a summis viris profecta honoraria temere respuat.

(92).

Thorio. Calandrino Brouartio.

Si in Otio estis Viri Amicissimi, bene est, ego quidem non sum, ex quo Illustrissimi Principis mandatis devinctam teneo mentemque manumque. OTIORUM tamen quibus paullo ante mutatam rerum mearum faciem, ita defunctus fui, ut qui statueram non otiari amplius, copiam vobis per me ipsum ne nunc quidem denegandam censui. Accipite ista et legite, quasi ultimos exulantis Musae conatus, et eadem chorda non alias oberraturae. Alio nunc prorsus, alio revellor: nescire non potestis. Vobis autem avellar nunquam, si pergitis me amare, qui vos in animo circumgesto. Valete, Raptim Hagae 15. Cal: Septembris 1625.

Vester totus

C. Hugenius.

(93).

I. Is: Pontano

Munuscula tua, mi Pontane, vidi quam libentissime. ut ambitiosa rerum novarum cupido me tenet, et ibi in praetio est, quod propriae manus offerunt magnorum autorum: Horum de numero quam serio apud me sis, testatum carmine quod vides feci, Tibi potius morem ut gererem, quam quod significandi affectus erga te mei: ~~fiducia~~ ~~vel~~ fiducia, denique ~~te~~ dignum aliquid proloquendi spes esset. Si parum expectationi respondeo, tibi est quod imputes, hominem in me nactus, qui vel existimationis propriae detrimento negare quicquam ~~negantiam~~ postulanti amico non didicit. Carptim utique ad haec sacra admittimur, quibus ~~vel~~ otia ~~non~~ vel [illegible] Dii non homines, non concessere Columnae. Ad caput Elegiae et inscriptionem ~~Elegiae~~ quod

quod attinet, nullam tibi dictam legem puta. Ad eu
dem, licet inscribas, si sic series praecedentium exiget, deniq
ut visum erit; ad calcem Tê Constanter volo ~~te~~ ne an
sum velis, aut nominis nostri, quod ~~me~~ circa hujusm
in more non habemus, amplior fiat mentio. De tabu
rerum Arausionensium, curatum est sedulò; et qui ma
tarij mei erga literas humaniores animus est, confi
nihil neglectum iri. Tu si eorum, quae circa haec studia
tidiè agitantur tibi, subinde aliquid nobiscum communi
dignaberis, devincturus amicum es, ut minime erudit
at eruditionis certè cultorem devotissimum, Nomin
verò tui apprimè studiosum. Vale et me ama, qui
raptim egero, ut vides. Hagae. 21. Novembris 1628.

C. Hugenius.

(94).

Heinsio.

En quo filiolo meo (quem quod amari a te coeperit, imp
sius diligendum duxi) ffelicem orbi introitum
accinnisti, nihil inter nos commercij fuisse, Mi Hei
indignanti animo recordor. Adeòne me sors mea
tertium a Tê Lapidem admovit, ut quasi diverso su
axe vivamus, parcius te fruar, quam qui ab ulti
Italià et Graecia, si Diis placet, quotidiè te compell
et invicem compellati in literis peregrinum viden
quem ego meo oculo nec aure, nisi quam rarissi
proximus vicinorum usurpo.! Aliquis hoc mihi ig
cat, cui vel summa eruditio tua, quam nemo n
vel insignis humanitas, quam omnes experiuntur,
specta sit. Aliquis verò hoc tibi, cui vetus ille, et quoda
modo hereditarius erga tê affectus meus? Nemo hercule
nemo; et si me audis, Nobilissime virorum, corrigamus utr
que quod abundè peccatum est. Sublimes curae te exerce
me viliores multò, sed assiduae non minus. Quaeso te, nem
adeo nos impendamus ut amicitiae, singulari societatis h
manae bono, et quibus illa officiis servari amat, decedat
quidquam. Statui equidem occasionem amplius nulla
omittere, quâ testari ullo modo valeam, quam volup
sit mihi cum Heinsio confabulari. In Urbem vestra
nuper cum advenissem (advenceram autem comitatui
natum obstrictus, quae causa fuit cur ad te non viser
et de morbo filii Tui nuntiatum esset, adeo ut vitae discrim
adire crederemo, mox in animo epitaphium fuit, ut s
quid illi humanitus accidisset, quod nascenti meo tribue
denascenti rependerem. Illud mihi nunc argumentum
ut spero, Deus eripuit; successit publicum longè latin
cujus in Elegia quam adjunxi, specimen gravatè ne videa
rogo.

A.